

1541

ASCETICI.

1542

Animae L. IV. c. 117. ait, *Alcuinum a Bonifacio Archiep. ro-*
gatum, ut Missam de hoc Mysterio in die dominico institueret,
additque: quod Romani non reci-
punt.

VI. fol. 97. Συλλογη Exemplorum e variis Libris v. g. *Vitis Patrum lectorum*, quorum veritatem praestabit, qui volet.

VII. fol. 107. *Vita sancti Wolfgangi episcopi* cum Prologo, qui incipit: *Fratrum quorundam nostrorum hortatu sedulo infimus ego O. cenobitarum sancti Emmerammi compulsus sum &c.* Othlonus hic est, cuius plura Scripta dedit Pezius T. III. Thes. Anecd. P. 2. a col. 141. et inter alia col. 613. *Prologum nostrum, Vitam ipsam jam praeoccupante Mabilionio Sec. V. Benedidino p. 812.*

VIII. fol. 117. Codicem absolvit *Hymnarium ecclesiasticum mutilatum principio, et partim glot-*
satum inter lineas.

DCLX,

R. 3355 Codex membraneus lat. Sec.
 XII. XIII. et XIV. Folior. 250.
 12. ex Opusculis temere congettis maximam partem nitide scriptis constat, quorum hic est Ordo: I. *Speculum*, ut e calce adsumo, *Peccatorum*. Initium: *Quoniam in via huius vite fugientes sumus &c.* Olim Augustino tributum, quo multo posterius est, nunc legitur in *Append. T. VI. edit. Maur. col. 155.* non sine Textus variationibus.

II. fol. 16. Glosula in theodolum. Autor hic incertae aetatis, non tamen ultra Sec. X. proferendus jam Vol. I. P. 2. col. 2311. a me repraesentatus est. Commentatos in illum video fuisse Bernardum clericum Ultrajeſt. Steph. Patringtonum Anglum, et Anonymum quendam, quem, teste Leyzero in *Hist. Poet. med. aevi* p. 298. vetus Bibliotheca Acad. Juliae servat. At en, ut fallant Tituli! Pro Commento in *Theodolum* primo hic habes Commentum in *Boethii Metrum 9. L. III. de Consolat. Philos.* quod infit: *O qui perpetua &c.* Non est de promtum e Thomae Aqu. adscripto Commentario, qui *Boethium* in antiquis Editionibus stpat, ut docuit Collatio; neque ego alium Expositorem *Boethii Sec. XIII. vetustiorem* novi; hoc enim Seculo Exemplum nostrum exaratum est. Scatet istud vocum compendiis, et incipit: *O Qui Perpetua. construitur. O pater. da menti b. in au. se. (augustam sedem) id est summum b. (bonum) quod dicitur regalis sedes &c.* Absoluto hoc Commentariolo tandem fol. 23. *Theodoli expositor* incipit, et quidem ab Epistola dicatoria: *Lecturus aliquando theodolum pueris, quibus docendis do-*
gorem doceri, quam docere aptio-
rem me prefecisti, primum qui-
dem in his, que extra queri solent,
debinc in historiarum fabularum-
que mysteriis eos cepi rudis rudes
erudire. Multis dein homo inge-
niosus et acutus differit, quam
aegre

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1757

1543

C O D I C E S

1544

aegre se ad scribendum passus sit adduci. Episcopo scribi haec ultima demonstrant: *Vobis igitur, pater piissime religionis assertor et decus ecclesie uobis hunc librum deuoui, transmisi &c.* Tractatio ipsa longo et erudito Prooemio munita partim literae infisit, partim in allegorias exspatiatur hoc initio: *Liber equiuoce dicitur. Nam liber appellatur pergamenum cum notulis, dictus a libro arboris cortice, in quo ante usum membrane scribebatur. &c.* Autorem edicere nequeo, cum nec *Bernardi*, nec *Stephani* ad manum sit Commentum; illud autem, quod *Leyserus* excitat, aut, quod Editionem *Theoduli Lipsiensem* anni 1492. 4. illustrat, non esse, conferendo didici.

III. fol. 67. absque inscriptione Praefatio quaedam in *Mart. Capellam de Nuptiis Philologiae et Mercurii* ita incipit: *Martianus iste affer genere, ciuis cartag. Romanus dignitate fuit. Destructa enim carthagine Scipio istum romanum adduxit — Apage fabulam de homine, qui Sec. V. vixit! Abrumpitur in descriptione *Saturni*, nescio cuius, Grammaticastri conatus.*

IV. fol. 70. p. 2. *Glosē*, ut e calce praecucco, in *Statium*. Ineunt: *Queritur quo tempore fuerit iste statius. sed constat ueraciter eum fuisse temporibus vespasiani imperatoris, et peruenisse usque ad imperium domitiani &c.* Paucis praemissis ad *Thebaidem* ita acceditur: *Fraternas acies &c. quasi*

alternatim disposita. quia petierant fratres, ut mutuis annis regnarent, et sibi inuicem succederent. Profanis. quia per eos violata sunt iura nature &c. *Placidi Laetant.* haec potissimum sunt, cujus Scholia antiquis *Statii* editionibus junguntur. Addit tamen Noster aliqua, ita ad *Pierius*, ubi *Placidus* solum adnotat: *Musicus, adjicit: a musis inspiratus. &c.*

V. fol. 100. p. 2. videtur Librarius noster quaedam in *Ovidium Scholia* describere voluisse; incipit enim: *Sex inquiruntur in principio huius autoris. Uita poete, titulus operis, Materia, Intentio, finalis Causa uel utilitas, et cui parti philosophie subponatur &c.* Verum, neque Vitam integre pertexuit. Haec omnia manu Sec. XIII.

VI. fol. 103. p. 2. Officia quaedam Chori: *De Corpore Christi cum Octava, de Visitatione Marie, Ordo de eadem a purificazione usque ad adventum additis in fine Psalmis in ejus Officio dici solitis. Manu Sec XIV.*

VII. fol. 180. manu Sec. XII. ἀνεπιγεαφως *Acta S. Sebastiani*, quorum hic principium: *Sebastianus uir christianissimus mediolanensis partium ciuis diocliciano et maximiano imperatoribus ita carus erat &c.* Acta haec a multis S. Ambrofio tributa leguntur apud *Bollandianos* T. II. Jan. ad diem 20. p. 265. illorum vero γηνσιοτης discutitur p. 257. In Codice praeter folia quaedam dilapsa abrumptur cum C. II. his verbis:

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1757

1545

A S C E T I C I.

1546

bis: *contra diabolicas acies prepararent.*

Carrum. *Wagan.*Stimulus. *Garat.*Burim. *Filuuges houpit.*

Jugum.

*Job.*Lora. *Johbabna.*Plaustrum. *Wagan.*Aratrum. *Fluoc pol cholpo.*Uomeres. *Wagansun.*Ligo. *Seb cimalic scatahuot.*Humeruli. *Chippun.*Scala. *Lettra.*Cratis. *Hurd.*Funes. *Seil.*Rotę. *Redir.*Radii. *Uelga uel Speihun.*Medioli. *Napa.*Temo. *Languid.*Gerula. *Zupar.*Situla. *Heimpar.*Guba. *Putina.*Galda. *Rios chezzila.*Caldarioli. *Chezzili.*Gramagla. *Hala.*Tunna. *Chuofa.*Dolea. *Zentanara.*Angaria. *Stanta.*Ignitabulum. *Liubta.*Falces. *Sengansa.*Falcidas. *Sibchilun.*Securis. *Acchus.*Dolatria. *Partun.*Patella. *Phanna.*Olla. *Havena.*Ueru. *Spiz.*Bantini. *Peccbi.*Urceolum. *Urzal.*Manile. *Hantchar.*Sapona. *Seiffa.*Mappula. *Dunebila.*

VIII. fol. 234. continuo adscriptus est Nomenclator lat. germ. quem hic subjicio:

Cultrum. *Mezzabs.*Forcipes. *Apilo scari.*Pecten. *Champ.*Subula. *Ala.*Acus. *Nadla.*Fiscina. *Fischer.*Foramen. *Ori.*Annulum. *Uingiri.*Inaures. *Oringa.*Armillas. *Pouga.*Manuterias. *Hantduuchillun.*Fosforias. *Houun.*Pales. *Scuflun.*Genuale. *Ampahtlaban.*Rosarum (Rasarium) *Scarasabs.*Sella. *Satal.*Frenum. *Prittil.* (Angl. Bridle.)Falerium (Phalerae) *Satalgiuziugi.*Spado. *Drat.*Forma. *Leift.*Manugo. *Stil.*Sida. *Porst.*Cauiftrum. *Halftra.*Fundallo. *Sola.*Mezipe. *Uffund.*Thomar. *Uperscubi.*Scoph. *Soc.*Calza. *Hosotra chnebosa.*Fasoniola. *Wintinc.*Naftlo. *Neftila.*Sincta. *Gurtila.*Sella. *Lentifano.*Managa. *Arnilo.*Fibula. *Dura.*Cufidura. *Nat.*Antelina. *Furpugi.*Postelina. *Afterreifi.*

Stafa.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1757

1547

C O D I C E S A

1548

Stafa. Stegerrif.

Ragabia. Slougrumo.

Multa hic Etymologis dispicienda, qui malent Nomenclatorem hunc *Italobarbarum*, quam *latinum* dicere; ita se produnt Voces *Tomajo*, *Calza*, *Cucitura*, *Staffa*, *Arcione*, *Sargia* &c. Incertum tamen, an fibi haec *Italus* in *Germania*, an *Germanus* in *Italia* connotarit saltem Sec. XII.

IX. fol. 237. Collectio quae-dam Precationum ad Angelos, *Christum* et B. V. *Mariam* Sec. XIV. scripta.

X. fol. 242. p. 2. Absque titulo Tractatus de *Memoria artificiali*, praecipue de usu *Locorum*, eodem Sec. scripta, et incipiens: *Memoria est duplex scilicet naturalis et artificialis. Vnde memoria naturalis est alicuius sensus apprehensio (apprehenſi) iterata reſumpcio &c.* Inter plures, qui olim hoc litus ararunt, haud facile est Nostrum adpellare.

DCLXI.

R. 333² Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 38. f. min. charætere crasso perscriptus et rubricis distinctus continet I. *Librum de miseria hominis*, cuius Prologus incipit: *Domino patri Reuerendissimo. Petro portuensi (l. portuensi) episcopo Lotharius indignus diaconus gratiam in presenti &c.* Egi de hoc Opusculo Vol. I. P. 1. col. 852. et P. 2. col. 2130. item hoc etiam Vol. II. ut Index docet. In Prologo rite le-

Arfilun. *Satelpogo.*Sarga uel uestido. *Roc.*

gitur: *dignitatem (non vilitatem) humane nature christo fauente describam.*

Fol. 30. sequitur Tractatus de VII. Vitiis Capitalibus nullo Titulo vel Autore, qui init: *Vidi bestiam ascendentem de mari habentem capita VII. cornua X. Bestia hec diabolus est a uastando sic dicta &c.* De singulis vitiis speciatim agit; tertium tamen, *Superbia*, cum sua membrana excidit. Ignoro Autorem; sed parum sane promittit, qui bestiam deducit a *Vastando*.

Fol. ult. habetur Brevis Adnotatio: *De IV. doloribus, quos mali paciuntur in morte*, quorum 1) ex angustia corporea, 2) ex liberiore intuitu animae, 3) ex acriore ejus judicio, 4) ex occursu malorum spirituum.

DCLXII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 97 XIV. Folior. 99. 8. non una manu, partim lineis longis, partim per duas columnas commode perscriptus, rubricis distinctus, et, ut in calce notatur, *pro libraria collegij ducalis olim datus a M. Paulo Troppawer de Vienna, quem in Locheri Speculo Acad. ad ann. 1417. et 29. Facult. Philosoph. Decanum invenio, sequentia continet: I. In christi nomine. Incipit liber de miseria humane condicionis. Editus a lotario dyacono. Cardinali sandorum serij*
(Ser-